183.)

[= Misc. a. 7 = N. 209]

M. Justo Budeo praefecto arcis Stediae.

Pax Christi.

Etsi puerile est et scholasticum, quidquid a me exclu-
di potest: quaedo tamen hoc meum lugubre car-
men tibi homini doctissimo non improbari.
Notum est illud Flacci de poetastris. Quid-
quid scripsere beati. Sed ego hanc levitatem non
confiteor, hoc me potius juvat, hanc meam queri-
moniam, qua utcumque testatus sum, dolorem ani-
mi mei, in tam inauditis nostratis Ecclesiae
oppressionibus, satis probari vel uni, vel item
alteri nec iniquo, nec inconsiderate judicanti.
Multum mihi contulit, argumenti causaeque
bonitas, dispositionis filum, ipsaque sugges-
sit. Verba et numeros et flebiles cantus et
suspiria et singultus vehemens commisera-
tionis affectus ultro subministravit. His
quidem modis quivis ex trivio possit disc-
ere esse et manare poëtica mella, ut Poëta
verbis utar. Sed haec inepta sunt, valeant.
Tu quod bono consilio vitae genus commuta-
veris, equidem in laude ponendum puto.
Est in primis decora universae vitae aequi-
tas, cui nullam inferre discrepantiam videtur
si quis a studiis officiisque scientiae ad officia
justitiae, quae societatem hominum tuentur
et continent, se transferri patiatur. Quin
etiam M. Tullius secundam et quasi ultimam
eam putat esse cognitionem et scientiam
quam nulla actio rerum prosequatur. Sed
est in paucis ista tam excellens ingenii
magnitudo (quam in Budeo nostro esse
animadvertimus) ut sive dediti studiis
sapientiae, scholas amplificent; sive in-
telligentiam suam ad tuendam hominum
conjunctionem conferant, pariter in u-
troque vitae cursu et decorum retineat.

eminerent cum laude et dignitate. Atque haec quidem Dei Omnipotentis dona sunt, quae tibi gratulor, ejusque immensae bonitati pro praesenti rerum successu gratias ago. Ab eundem semper cultum benignum, justum, sterilem, multisque vepribus vestitum, cum gaudio cordis Quo nullum praestantius bonum est, inter puerorum strepitum consenescentes. Puerili, qui te auctore huc adducti sunt, valde mihi placent. Sunt enim liberali ingenio, neque infeliciter jacta sunt eis doctrinae puerilis fundamenta. Quamobrem sedulo id operam dabimus, quum propter commune officium: tum etiam tuae benevolentiae gratia: ut ad opus inceptum justa aedificatio accedat. Quod verbis opus est, omne meum studium, fidem, industriam, studiosis adolescentibus paratum usque esse non ignoras. Conrector Laurentius multis diligentius, quam antehac in scholae nostrae amplificationem incumbit. Quandam nunc tranquilla sunt nobis omnia tam in schola: quam in Ecclesia. Maximum hoc beneficium Dei est, extincta tempestate, quam paucae seditiones contra spem nostram emersit, exclusis ipsa quidem pertinacibus sophistis, quibus demum a Venerando Senatu jussi sunt tacere: cum jam maledicendo vociferandoque irrequiescerent. Solebant illi solennibus diebus e loco sacro ire in primis meos labores proscindere, nunc ea maledicentia ... propius respiciente, ... ctionem versa est. Atque ... καὶ ἀκοσμίας adolescentulorum studia, cum in moribus, tum in doctrina

et nostris vigiliis Ecclesiam Jesu Christi (quod
possumus) constanter juvamus. Doctissime Bu-
cere demus operam, ut mutua caritate inter nos
cohereamus. Aliquid vitae Dei est quod non amu-
te non possum. Tu fac ut schola nostra
honestissime cupias. Vale. 13. Cal. octobr 1571.

184.)

[= Mscr. A. 7. N. 218]

M. Jacobo Myllio Heidelbergae

Pax Christi.

Erudite vir accepi tuas literas cum munuscu-
lo librario, quod mihi tam fuit gratum, ut nihil
supra. Communicavi idem cum nostris pro-
fessoribus, omnes vehementer probant. Questi-
ones Bezae, quas mihi laudas, ante biennium
in hanc scholam invexi, frementibusque adversa-
riis, sed irrito conatu. Succedunt nostris ero-
tematis, quia continent solidiorem doctrinam
et multo altius assurgunt. Quis non miretur
et summis laudibus extollat illam incredibilem
servatoris providentiam! Qui se fruticanti-
bus subinde novis erroribus tanquam Ler-
neis monstris, novos Alcidas opponit, o-
mni donorum spiritualium genere instru-
ctos ad solidum Ecclesiae stabilimentum,
et ad perpetuam hostium ejus confusionem.
Mihi certe Beza praeter caeteros singulare
adversae partis homines videtur, nec depel-
lere modo ipsorum machinas, sed et etiam
in ipsorum caput retorquere. Itaque non semel
praedicavi Dominum, sedentem ad dexteram
patris, quod sublato Johanne Calvino Bezam
nobis excitaverit, tam strenuum verita-
tis suae propugnatorem. Ille est, qui haec
summa dona dat hominibus, nempe Dominus
ille gloriae, qui natus, datusque est nobis. Meus
frater, cui Christiano est nomen heri huc
se se appulit, hei mihi, quae narrat facinora!
Quam atrocia nulla sunt impurissima ser-